



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 45. Petri Albusonii supremi Rhodiorum Magistri obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

jusmodi matrimonium de facto contraxistis, Secul. XVI.
Confessor vester pœnitentiam salutarem pro-
pterea vobis injungat, quam adimplere te-
neamini. Ergo Henricus obtento diplo-
mate cum Catharina de Arragonia de-
sponsatur, quam tamen nonnisi post ali-
quot annos connubio sibi copulavit.

A.C. 1503.

§. XLV.

*Petri Albusonii supremi Rhodiorum
Magistri obitus.*

Hoc anno die tertia Julii fatis functus *Bosius hist.*
 est Petrus Albusonius, trigessimus *Ord. R. Jerosol.*
 nonus Jerosolymitanorum Equitum su- *ann. Jerosolym.*
 premus Magister, annos natus octogin- *Raynald. hoc*
 ta & amplius. Is militari huic Ordini *an. n. 25.*
 viginti septem ferme annos præfuerat, *P. Bouhours*
 jam enim anno Domini millesimo qua- *in Hist. Al-*
 dringentesimo septuagesimo sexto Joan- *buss.*
 ni Baptistæ ab Ursinis in magisterio sub-
 rogabatur. Vir erat communi omnium
 Scriptorum testimonio inter ceteros Or-
 dinis sui Magistros longe celeberrimus,
 ejusque præclara, totique Religioni uti-
 lissima facinora nulla ætas conticescet,
 ob crebras tamen Alexandri VI. vexa-
 tiones, qui Equitum jura, ac spectatissi-
 ma quæque privilegia passim violabat,
 gravi mærore conficiebatur, & cum inter-
 positæ ejus de tanta injustitia querelæ
 nil proficerent, in tam gravem morbum

K k 3

de-

Sæcul. XVI. delapsus est, ut desperata Medicorum
 A C. 1502. ope ex hac vita decedere compelleretur.
 In primo post ejus obitum capitulo sanc-
 citum, sepulcrum ejus eleganti arte ela-
 boratum esse ponendum, cui reportati
 ab eo triumphi, gestaue inculperen-
 tur. Successorem habuit Emericum de
 Ambasia, qui Cardinalis eodem cogno-
 mine insigniti Frater, ac supremus Fran-
 ciæ Prior erat. Hic die decima Julii ele-
 ctus, cum absens esset, nonnisi anno
 sequenti millesimo quingentesimo quarto
 Rhodum solemnè pompa ingressus est,
 eoque Autore instituta est anno salutis
 millesimo quingentesimo sexto solemnè
 supplicatio, quæ pro Ordinis conserva-
 tione, atque incremento singulis feriis
 sextis celebrari solet.

§. XLVI.

Michaelii Cardinalis extrema.

Bembo hist.
Ven. lib. 6
Ugel Ital.
sacr.

Onuphr. in
Innoc VIII.
Et Paul. II.
Aubery hist.
Cardin.

Paucis ante mensibus die decima Apri-
 lis Joannes Michaelius Cardinalis vi-
 vis ereptus, & Romæ in Ecclesia S. Mar-
 celli, ubi ejus sepulchralis inscriptio legi-
 tur, sepultus est. Rumor erat, illum
 veneno periisse, quod eidem unus ex
 suis famulis propinasset: Referunt alii,
 hunc famulum ab Alexandro VI., qui
 Cardinalium opibus inhiabat, auro cor-
 ruptum fuisse, sed veneni vi remissius,
 ac